

Et omnibus constat. diuiditur in quatuor elementis
habet enim in se aliquid ignis aeris aquae & terrae.

RATIO TERRE in carne est. humoris est in sanguine. aeris in spiritu. ignis in calore. ut talis siquidem & quatuor partita humani corporis ratio. quatuor elementorum designat speciem.

CAPUT NACQ; ad caelum refertur. in quo sunt duo oculi quasi duo luminaria solis & lunae.

PECTUS aeri coniungitur. quia sic inde emittit spiramina flatus sicut ex aere uentorum spiritus.

VENTER autem mari adsimilatur propter collectionem omnium humorum quasi congregatio ne aquarum.

VESTIGIA postremo terrae comparantur. eo quod sint ut tamen membrorum arida siue siccata sicut & terra. In uero in capite arce mens collocata est. tamquam in caelo dei ut ab alto speculetur omnia ac quereat.

FACTUS EST autem homo ad contemplationem caeli. rigidus & erectus non sicut pecora in humum pronataque uergentia. in eum summitate caput est collocatum. Datumque illi hoc nomen quod hinc capiat in eum sensus & nerui.

CAPILLI autem capitis. uel ad speciem sunt decoris siue caloris. In capite autem ut ait Augustinus.

Tres utinquam uentriculi cerebri constituti sunt. unus anterior ad faciem. a quo sensus omnis.

Alter posterior ad ceruicem. a quo motus omnis.

tertius inter utrumque. in quo memoria uigere dicitur.